



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 81. Edictum Ludovici XI. de festivitate S. Caroli Magni

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

§. LXXXI.

Sæcul. XV.  
A.C. 1476.*Edictum Ludovici XI. de festivitate  
S. Caroli Magni.*

Hoc anno Ludovicus XI. edito diplomate diem natalem S. Caroli Magni, quem ineunte sæculo undecimo Universitas sibi in Protectorem elegerat, festum in Regno suo haberi præcepit.

§. LXXXII.

*Roma a Tibere inundata.*

Annus Christi millesimus quadringentesimus septuagesimus sextus lugubre dedit initium Romanæ urbi ob gravissimam Tiberis inundationem, quæ inchoante Mense Januario ex nivibus calore solutis adeo excreverat, ut tempora Noe scribit Cardinalis Papiensis, timerentur, *Papiens. epist. 642.* delerique iterum, quæ sunt super terram, *Palmer. in Chronic.* crederentur. Unde ingentia damna urbi, agrisque illata fuere. Subsecuta est hanc calamitatem altera longe magis funesta; *Trithem. Vir. illustr.* maxima enim pestilentia vi urbs tota assiduis adeo exhausta erat funeribus, ut Papa Roma excedere compulsus esset. Eodem quoque morbo absumptus est summo litteratorum luctu Joannes de Regio monte (\*) Nazione Germanus, qui  
a Sixto

(\*) Cognomen ejus erat Müller, sive Molitor, *vid.*